



BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

Obispado de Astorga

SUMARIO: I. Secretaría de Cámara y Gobierno: Circulares.—II. Códice Iuris Canonici Canones.—III. Sagrada Congregación del Concilio.—IV. Examen Conscientiae.—V. Sentencia del Tribunal Supremo.—VI. Bibliografía.

Secretaría de Cámara y Gobierno.

CIRCULARES.

I.

Próximo el día de la Conmemoración de los fieles difuntos, de orden de S. S. el Gobernador Eclesiástico (S. P.), se servirán los señores Encargados de iglesias recordar oportunamente a los fieles que en dicho día puede ganarse la Indulgencia Plenaria *toties quoties* (a la manera de la Porciúncula) que se dignó conceder el Sumo Pontífice Pío X, de santa memoria, por decreto de la Sagrada Congregación del Santo Oficio, publicado en el número 21 del *Boletín Eclesiástico* del año 1915.

Las condiciones para ganar este Jubileo son las mismas que las de la Porciúncula, con la sola diferencia

que todas las Indulgencias se han de aplicar por los fieles difuntos. La confesión puede hacerse en cualquiera de los ocho días precedentes al día 2; la Sagrada Comunión se ha de recibir en los días 1 o 2 de Noviembre. Las visitas deben hacerse en cualquiera iglesia u oratorio público o semipúblico desde el mediodía del día 1.º de noviembre hasta las doce de la noche del siguiente día 2.

## II.

Con el fin de conjurar el terrible azote con que Dios nos castiga, S. S.ª el Gobernador Eclesiástico (S. P.) se ha servido disponer que mientras perduren las actuales circunstancias y en los días permitidos por las sagradas rúbricas se recite en la misa la oración «Pro vitanda mortalitate, vel tempore pestilentiae», omitiendo la imperada «ad petendam pluviam».

Astorga 14 de octubre de 1918.

**Dr. Angel Satué Lombó,**

Can. Penit. Srio.

---

# **CODICIS IURIS CANONICI CANONES**

## **LIBER TERTIUS.—DE SACRAMENTIS**

CAN. 731. § 1. Cum omnia Sacramenta Novae Legis, a Christo Domino Nostro instituta, sint praecipua sanctificationis et salutis media, summa in iis opportune riteque administrandis ac suscipiendis diligentia et reverentia adhibenda est.

§ 2. Vetitum est Sacramenta Ecclesiae ministrare haereticis aut schismaticis, etiam bona fide errantibus eaque petentibus, nisi prius, erroribus reiectis, Ecclesiae reconciliati fuerint.

CAN. 732. § 1. Sacramenta baptismi, confirmatio-

nis et ordinis, quae characterem imprimunt, iterari nequeunt.

§ 2. Si vero prudens dubium existat num revera vel num valide collata fuerint, sub conditione iterum conferantur.

CAN. 733. § 1. In Sacramentis conficiendis, administrandis ac suscipiendis accurate serventur ritus et caeremoniae quae in libris ritualibus ab Ecclesia probatis praecipiuntur.

§ 2. Unusquisque autem ritum suum sequatur, salvo praescripto can. 851, § 2, 866.

CAN. 734. § 1. Sacra olea quae quibusdam Sacramentis administrandis inserviunt, debent esse ab Episcopo benedicta feria *V in Coena Domini* proxime superiore; neque adhibeantur vetera, nisi necessitas urgeat.

§ 2. Mox deficienti oleo benedicto aliud oleum de olivis non benedictum adiiciatur, etiam iterato, minore tamen copia.

CAN. 735. Parochus o'ea sacra a suo Ordinario petere debet et in ecclesia in tuta ac decenti custodia sub clavi diligenter asservare; nec ea domi retineat, nisi propter necessitatem aliamve rationabilem causam, accedente Ordinarii licentia.

CAN. 736. Pro administratione Sacramentorum minister nihil quavis de causa vel occasione sive directe sive indirecte exigat aut petat, praeter oblationes de quibus in can. 1.507.

## TITULUS I.

### DE BAPTISMO.

CAN. 737. § 1. Baptismus, Sacramentorum ianua ac fundamentum, omnibus in re vel saltem in voto necessarius ad salutem, valide non confertur, nisi per

ablutionem aquae verae et naturalis cum praescripta verborum forma.

§ 2. Cum ministratur servatis omnibus ritibus et caeremoniis quae in ritualibus libris praecipuntur, appellatur *sollemnis*; secus, *nonsollemnis* seu *privatus*.

#### CAPUT I.

#### DE MINISTRO BAPTISMI.

CAN. 738. § 1. Minister ordinarius baptismi sollemnis est sacerdos; sed eius collatio reservatur parochi vel alii sacerdoti deciusdem parochi vel Ordinarii loci licentia, quae in casu necessitatis legitime praesumitur.

§ 2. Etiam peregrinus a parochi proprio in sua paroecia sollemniter baptizetur, si id facile et sine mora fieri potest; secus peregrinum quilibet parochus in suo territorio potest solemniter baptizare.

CAN. 739. In alieno territorio nemini licet, sine debita licentia, baptismum sollemnem conferre ne sui quidem loci incolis.

CAN. 740. Ubi paroeciae aut quasi paroeciae nondum sunt constitutae, statutorum peculiarium et receptarum consuetudinum ratio habenda est, ut constet cuinam sacerdoti, praeter Ordinarium, in universo territorio vel in eius parte ius insit baptizandi.

CAN. 741. Extraordinarius baptismi sollemnis minister est diaconus; qui tamen sua potestate ne utatur sine loci Ordinarii vel parochi licentia, iusta de causa concedenda, quae, ubi necessitas urgeat, legitime praesumitur.

CAN. 742. § 1. Baptismus non sollemnis, de quo in can. 759, § 1, potest a quovis ministrari, servata debita materia, forma et intentione; quatenus vero fieri potest, adhibeantur duo testes vel saltem unus, quibus baptismi collatio probari possit.

§ 2. Si tamen adsit sacerdos, diacono praeferatur, diaconus subdiacono, clericus laico et vir feminae, nisi pudoris gratia deceat feminam potius quam virum baptizare, vel nisi femina noverit melius formam et modum baptizandi.

§ 3. Patri aut matri suam prolem baptizare non licet, praeterquam in mortis periculo, quando alius praesto non est, qui baptizet.

CAN. 743. Curet parochus ut fideles, praesertim obstetrices, medici et chirurgi, rectum baptizandi modum pro casu necessitatis probe ediscant.

CAN. 744. Adulterum baptismus, ubi commode fieri possit, ad loci Ordinarium deferatur, ut, si voluerit, ab eo vel ab eius delegato sollemnius conferatur.

## CAPUT II.

### DE BAPTISMI SUBIECTO.

CAN. 745. § 1. Subiectum capax baptismi est omnis et solus homo viator, nondum baptizatus.

§ 2. Cum agitur de baptismo:

1.° Parvulorum seu infantium nomine veniunt, ad normam can. 88, § 3, qui nondum rationis usum adepti sunt, eisdemque accensentur amentes ab infantia, in quavis aetate constituti;

2.° Adulti autem censentur, qui rationis usu fruuntur, idque satis est ut suo quisque animi motu baptismum petat et ad illum admittatur.

CAN. 746. § 1. Nemo in utero matris clausus baptizetur, donec probabilis spes sit ut rite editus baptizari possit.

§ 2. Si infans caput emiserit et periculum mortis immineat, baptizetur in capite; nec postea, si vivus evaserit, est iterum sub conditione baptizandus.

§ 3. Si aliud membrum emiserit, in illo, si pericu-

lum immineat, baptizetur sub conditione; at tunc, si natus vixerit, est rursus sub conditione baptizandus.

§ 4. Si mater praegnans mortua fuerit, fetus ab iis ad quos spectat extractus, si certo vivat, baptizetur absolute; si dubie, sub conditione.

§ 5. Fetus, in utero baptizatus, post ortum denuo sub conditione baptizari debet.

CAN. 747. Curandum ut omnes fetus abortivi, quovis tempore editi, si certo vivant, baptizentur absolute; si dubie, sub conditione.

CAN. 748. Monstra et ostenta semper baptizentur saltem sub conditione; in dubio autem unusne an plures sint homines, unus absolute baptizetur, ceteri sub conditione.

CAN. 749. Infantes expositi et inventi nisi, re diligenter investigata, de eorum baptismo constet, sub conditione baptizentur.

CAN. 740. § 1. Infans infidelium, etiam invitis parentibus, licite baptizatur, cum in eo versatur vitae discrimine, ut prudenter praevideatur moriturus, antequam usum rationis attingat.

§ 2. Extra mortis periculum, dummodo catholicae eius educationi cautum sit, licite baptizatur:

1.° Si parentes vel tutores, aut saltem unus eorum consentiant;

2.° Si parentes, idest pater, mater, avus, avia, vel tutores desint, aut ius in eum amiserint, vel illud exercere nullo pacto queant.

CAN. 751. Circa baptismum infantium duorum haereticorum aut schismaticorum, aut duorum catholicorum qui in apostasiam vel haeresim vel schisma prolapsi sint, generatim servantur normae in superiore canone constitutae.

CAN. 752. § 1. Adultus, nisi sciens et volens pro-

beque instructus, ne baptizetur; insuper admonendus ut de peccatis suis doleat.

§ 2. In mortis autem periculo, si nequeat in praecipuis fidei mysteriis diligentius instrui, satis est, ad baptismum conferendum, ut aliquo modo ostendat se eisdem assentire serioque promittat se christianae religionis mandata servaturum.

§ 3. Quod si baptismum ne petere quidem queat, sed vel antea vel in praesenti statu manifestaverit aliquo probabili modo intentionem illum suscipiendi, baptizandus est sub conditione; si deinde convaluerit et dubium de valore baptismi collati permaneat, sub conditione baptismus rursus conferatur.

CAN. 753 § 1. Tam sacerdotem qui adultos baptizaturus est, quam ipsos adultos qui sani sint, decet esse ieiunos.

§ 2. Nisi graves urgentesque causae obsint, adultus baptizatus statim Missae sacrificio assistat et sacram communionem percipiat.

CAN. 754. § 1. Amentes et furiosi ne baptizentur nisi tales a nativitate vel ante adeptum rationis usum fuerint; et tunc baptizandi sunt ut infantes.

§ 2. Si autem dilucida habeant intervalla, dum mentis compotes sunt, baptizentur, si velint.

§ 3. Baptizentur quoque, imminente periculo mortis, si, antequam insanirent, suscipiendi baptismi desiderium ostenderint.

§ 4. Qui lethargo aut phrenesi laborat, vigilans tantum et volens baptizetur; at si periculum mortis impendeat, servetur praescriptum § 3.

---

### **Sagrada Congregación del Concilio.**

Los Emmos. y Rvdmos. Cardenales, Arzobispos y Obispos de España, visto lo resuelto por la Comisión

Pontificia para la interpretación del Código en la reunión plenaria de 17 de febrero del corriente año, reprodujeron en 25 de junio próximo pasado la petición del restablecimiento de la Fiesta del Apóstol Santiago, Patrono de España, en el día 25 de julio, y elevada a S. S. en 25 de julio de 1911, la cual petición había sido despachada favorablemente el 14 de noviembre del mismo año, con la obligación de oír Misa y abstenerse de obras serviles, y con todas las gracias, indulgencias y privilegios que ha tenido durante muchos siglos.

Esta nueva súplica del Episcopado Español ha sido igualmente atendida por Su Santidad en la misma forma, como se ve por el Decreto siguiente:

«*Ex audientia SSmi. diei 14 iulii 1918, SSmus. D. Noster BENEDICTUS PP. XV, audita relatione infrascripti Secretarii S. Congregationis Concilii, pro gratia iuxta preces benigne annuere dignatus est.*—I. CARD. CASSETTA, Praefectus.—J. MORI, Secretarius.»

(Del Boletín del Arzobispado de Santiago).

## **EXAMEN CONSCIENTIAE**

### **sacerdotale pro menstruo recessu et annuis exercitiis spiritualibus.**

1. An *surrexisti*: mane, hora statuta, decenter, animo collecto.

2. An fecisti *meditationem*: saltem per dimidiam horam, aeterna et divina contemplans, non ex consuetudine sed ex animi ardore; fructum capiens, nempe: animae purificationem, agendorum praeordinationem, virtutum exercitationem, sacerdotalium munium sanctam perfunctionem, cum Deo conjunctionem.

3. An *Missam* celebrasti: anima munda, cum debita praeparatione et gratiarum actione, devote, im-



plens integre et studiose omnes caeremonias et distincte reverenterque pronuntians singula verba, Sanctissimum sanctissime pertractans, cum modestia et circumstantium aedificatione.

4. An *Breviarium* recitasti: suo tempore, Matutinum cum Laudibus anticipans, saltem ante Missam, digne, attente, devote, integre, non praepropere.

5. An quae legisti et recitasti in Missa et Officio, tibi pretiosus Matris Ecclesiae, tibi inservierunt ad pietatem et spiritum orationis fovendum et ad materiam praedicationis.

6. An *lectioni spirituali* vacasti: praesertim Sacrae Scripturae (libri sacerdotalis); cum applicatione, et animo proficiendi, «utilitatem potius quam subtilitatem sermonis» quaerens.

7. An *Sanctissimum Sacramentum* visitasti.

8. An *Rosarium* devote recitasti.

9. An dimidiam saltem horam quotidie *studio* rerum ecclesiasticarum dicasti: Sacrae Scripturae, Theologiae Dogmaticae, Theologiae Moralis, Juris Ecclesiastici, Sacrae Liturgiae, SS. Patrum, aut Historiae Ecclesiae. An multum vacasti ephemeridum et librorum profanorum lectioni. Quenam tua bibliotheca?

10. An *examen conscientiae* quotidie instituisti, non omittens examen particulare circa defectum dominantem; «attendens tanquam integritatis tuae curiosus explorator quantum proficias vel quantum deficias» (S. Bernardus). An de male actis poenam sumpsisti.

11. An *Dei praesentiam* procurasti: semper et ubique, praesertim extra domum et in recreatione.

12. An in *mensa* observasti: benedictionem, temperantiam, gratiarum actionem.

13. An *recreatio* et itinera maximam temporis partem occuparunt,

14. An cum *proximis* egisti: prudenter, humiliter, fructuose. An cum sacerdotibus saecularibus et regularibus sollicitus fuisti servare unitatem spiritus in vinculo pacis (Eph., 4).

15. An *castitatem* observasti: cogitatu, visu, tactu, conversatione. An ad Deum confugisti in tentationibus. An fugisti occasiones, praesertim familiaritates, famulas juvenes, visitationes frequentes.

16. An reverentiam et *obedientiam* praestitisti: Summo Pontifici; tuo Praelato; sine mussitatione, sine mora, tanquam Deo. An pandisti cor tuis superioribus. An parochio tuo libenter adjuvisti.

17. An *patiens* fuisti: in rerum defectu, in tui contemptu, in malo successu.

18. An *paupertatem* servasti, ita ut, quin rem familiarem augeres, nequidem ex bonis patrimonii, tua moderatio et abstinentia esset refectio pauperis et praesidium Ecclesiae.

19. An semper *mortificationem* Jesu in corpore tuo circumtulisti.

20. An *humilitatem* et *abnegationem* tui coluisti, vel potius honores aucupasti et vitae commoda.

21. An curasti de tua *persona* et *domo*, adeo ut omnia ordinata sint et bonum exemplum praebeant. An «mores componis ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nihil nisi grave, moderatum ac religione plenum praeseferas» (Conc. Trid., s. 22).

22. An hominibus magis quam Deo placere studuisti.

23. Ad *testamentum* condidisti.

24. An quoad *stipendia* missarum Decretum «Ut debita» observasti.

25. An recte et ordinate aliena administrasti, omnia clare et opportune adnotans.

26. An *officia* tua sanctissima obiisti turpis lucri gratia.

27. An negotiis saecularibus te implicasti.

28. An fuisti semper *sal terrae*: non adulando sed mordicando (Chrysostom), aeternitatis velut salitor (Hilarius) animas servans incorruptas et illas con- diens sapore caelestis sapientiae et virtutis. An fuisti *lux mundi*: ignorantes illuminans, praedicatione, exhortatione, scriptis.

29. An frequenter dignitatis tuae meministi, qua minister Christi et dispensator mysteriorum Dei, pro Christo legatione fungeris; qua Dominus pars haereditatis tuae, qua odor vitae tuae delectamentum Ecclesiae Christi (Exhortat. Ordinationis). An fugis levia etiam delicta, quae in te maxima essent (Conc. Trid.) An impendis libentissime teipsum in cultura vineae Christi in quam conductus es operarius; cujus est fallaces herbas evellere, serere utiles, irrigare, fueritne inimicus homo superseminet et zizania (Piux X). An laboras sicut bonus miles Christi Jesu (Tim., 2).

30. An praescripta in Codice Juris Canonici servasti quoad collationes seu conferentias, cohabitationem cum mulieribus, decentem et solitum habitum, tonsuram seu coronam, cultum capillorum, fidei iussionem, ludos aleatorios, venationem, tabernas, spectacula praesertim theatra publica, mercaturam, administrationem bonorum alienorum, officia saecularia, absentiam a dioecesi.

31. An *devotiones* Smae. Eucharistiae, Smi. Cordis Jesu, Passionis dominicae et Beatae Mariae Virginis in te et in aliis fovisti.

32. An *Sacramenta* administrasti: rite, accurate, devote, minima fideliter observans, adeo ut cuncta essent in doctrinam et aedificationem circumstantibus.

33. An *confessiones* audivisti: frequenter, cum abnegatione.

34. An *Smam. Eucharistiam* infatigatus ministrasti, magnam reverentiam tanto Sacramento exhibens.

35. In *praedicatione*: An praedicasti Evangelium, illuminans in credendis, dirigens in operandis, vitanda manifestans, et modo comminando modo exhortando praedicans (S. Thom., *Comm. in Matt. V*).

An in sublimitate sermonis et in persuasibilibus humanae sapientiae verbis et non in ostensione spiritus et virtutis (Cor., II).

An cum claritate et brevitate et facilitate sermonis (Conc. Trid.).

An quaesisti Dei laudem et non tuam; ita ut potius auditorum lacrymae laudes tuae fuerint (S. Hieronim.)

36. An singulis hebdomadibus ad *Sacramentum Poenitentiae* accesisti: cum sinceritate, contritione, proposito. An ex mera consuetudine et sine emmendatione.

37. An *menstruum recessum* spirituales servasti.

38. An annua *exercitia spiritualia* peregisti.

#### SPECIALIA PRO CURAM ANIMARUM HABENTIBUS

An oves cognoscis, amas, intra gregem Christi confines, Deo commendas, perditas quaeris.

An praescripta quoad praedicationem, cathequesim et Missae applicationem pro populo adimpleas.

An curas de juventute, de infirmis, de pauperibus.

An scholas visitas.

An in factionibus politicis te ingeris, vel potius pacem foves.

An residentiae legem observas.

An zelus tuus est prudens in reformatione, purus, patiens, fortis in moribus corrigendis et abusibus stirpandis.

An rogatus ad administrationem Sacramentorum non pigritas.

An gratuitum ministerium non denegas iis qui solvendo pares non sunt.

An observas statuta de archivo parochiali et administratione oeconomica.

An bene te habes erga sacerdotes, auctoritatem civilem et cunctos fideles, vitans familiaritates et acceptionem personarum.

.....

### **Sentencia del Tribunal Supremo por escarnio público de un dogma de la Religión Católica**

---

En la Villa y Corte de Madrid a 5 de Junio de 1917, en el recurso de casación por infracción de ley que ante Nós pende, interpuesto por Máximo Lafuente Miranda, Gregorio Miranda Catalán y Rufino Garcés Sarriés, contra la sentencia pronunciada por la Audiencia de Pamplona, en causa seguida a aquéllos en el Juzgado de Tudela por escarnio público de un dogma de la Religión Católica:

Resultando que dicha sentencia, dictada en 30 de Noviembre último, consigna el veredicto siguiente:

A la primera. ¿Es culpable el procesado Rufino Garcés Sarriés de haberse llevado la mano derecha a la boca momentos después de haber comulgado sacramentalmente, entre seis y media y siete de la mañana del 23 de Abril último en la iglesia parroquial de Valtierra, y sacando un trozo de la Sagrada Forma que acababa de recibir, hizo ademán como de sacudir al suelo los dedos, cual si se desprendiera de ellos alguna cosa, riéndose en son de burla y menosprecio de la Eu-

caristía, habiendo realizado este acto en ocasión en que se hallaba el templo lleno de fieles?—Sí.

A la segunda. ¿Es culpable el procesado Máximo Lafuente Miranda de haber frotado el suelo con los pies, haciendo ademán de deshacer un objeto sobre el pavimento, en ocasión en que otra persona inmediata a él sacaba de la boca un trozo de la Sagrada Forma que acababa de recibir en Comunión Sacramental, y sacudía los dedos hacia el suelo como si se desprendiese algo de ellos, y, al mismo tiempo que esto ejecutaba, se reía en son de burla y menosprecio de la Eucaristía, habiendo esto realizado en la iglesia parroquial de Valtierra, llena de fieles a la sazón, entre seis y media y siete de la mañana del 23 de Abril último?—Sí.

A la tercera ¿Es culpable el procesado Gregorio Miranda y Catalán de haber sacado en la lengua la Sagrada Forma que acababa de recibir en Comunión sacramental, mostrándola a los circunstantes, haciendo mofa de la Eucaristía, entre seis y media y siete de la mañana del 23 de Abril, en la iglesia parroquial de Valtierra, llena de fieles en aquel momento?—Sí.

A la cuarta. ¿El procesado Rufino Garcés Sarriés nació el 11 de Agosto de 1898?—Sí.

Resultando que la Audiencia condenó a cada uno de los procesados Lafuente y Miranda, como autores del escarnio público de un dogma de la Religión Católica, sin circunstancias modificativas, a la pena de tres años, seis meses y veintiún días de prisión correccional; y al procesado Garcés, como autor del mismo delito, con la atenuante de ser menor de dieciocho años, a un año y un día de igual prisión, y a los tres a la accesoria correspondiente, multa y costas:

Resultando que los procesados han interpuesto recurso de casación por infracción de ley, fundado en el

número 3.º del artículo 849 de la ley de Enjuiciamiento criminal, citando infringidos:

1.º El número 3.º del artículo 240 del Código penal por aplicación indebida, porque no fué su propósito escarnecer dogma alguno, sino que realizaron un acto de incultura grosera, molesto para la vista de la gente y ofensivo a los sentimientos de toda persona religiosa:

2.º El 241 del propio Código, por no haberse aplicado, y que es el que sanciona el acto ejecutado:

Resultando que, instruido el señor Fiscal del recurso, lo impugnó en el acto de la Vista:

Visto, siendo Ponente el Excmo. Sr. Magistrado don Manuel P. Vellido.

Considerando que el escarnecer públicamente de palabra, ademán, gesto o por cualquiera otro medio, alguno de los dogmas o ceremonias propias de religión que tenga prosélitos en España, constituye el delito definido y castigado por el artículo 240, número 3.º del Código, quedando reservados a la sanción más benigna del 241 los demás actos escandalosos no comprendidos en aquel, y los que le preceden, que ofendieren el sentimiento religioso de los concurrentes a un lugar destinado al culto:

Considerando que los hechos declarados y probados en el veredicto, dada su naturaleza, lugar, ocasión, forma y demás circunstancias con que fueron ejecutados, integran indudablemente los elementos todos del primero de dichos delitos, sin que, por otra parte, las condiciones personales de los recurrentes puedan servirles de excusa para reputarles irresponsables del mismo por falta de instrucción, como se alega en el recurso:

Fallamos que debemos declarar y declaramos no haber lugar al recurso interpuesto por Máximo Lafuente Miranda, Gregorio Miranda Catalán y Rufino

Garcés Sarriés, a quienes condenamos en las costas y al abono, cada uno, de 125 pesetas por razón de depósito que, por su insolvencia, no han constituido. Comuníquese a la Audiencia de Pamplona para los efectos procedentes.

Así, por esta nuestra sentencia, que se publicará en la *Gaceta de Madrid* e insertará en la *Colección Legislativa*, pronunciamos, mandamos y firmamos.—BUENAVENTURA MUÑOZ.—LUIS G. VALDÉS.—RICARDO J. ORTIZ.—MANUEL P. VELLIDO.—FRANCISCO PAPILLÓN.—FRANCISCO GARCIA GOYENA.—LUIS RUBIO.

Publicación.—Leída y publicada fué la anterior sentencia por el Excmo. Sr. D. Manuel P. Vellido, Magistrado del Tribunal Supremo, celebrando audiencia pública en su Sala de lo Criminal en el día de hoy, de que certifico como Secretario de ella.

Madrid 5 de Junio de 1917.—LICENCIADO JOSÉ MONZÓN Y CASTRO.

### BIBLIOGRAFÍA.

*Cuestionario Teológico* por el M. I. señor don Salvador Ramón, canónigo de la S. I. Catedral de Guadix. Tomo I. «Teología Fundamental».

Según informes del censor de esta obra «su autor ha tratado en ella todas las cuestiones que suelen ventilarse en la Introducción a la Sagrada Teología, con sujeción al más vigoroso método científico, a la vez que con el criterio firme y seguro de nuestros grandes apologeticos católicos. Contesta a las preguntas que suelen proponerse en los concursos a Curatos y en los programas para obtener grados académicos en Sagrada Teología. Es y ha de ser utilísima para los que hayan de hacer oposiciones en la carrera del Magisterio...»

---

Astorga: Imp. y Lit. Fidalgo.